UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Impressum

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ſuperuenientibus omnem humanitatem in elemoſynarum largitionem exhibuit. Ornamenta eccleſie ſcilicet libros calices cum crucibus ⁊ candelabris aureis ⁊ argenteis pannis ſericis ⁊ alijs diuinū cultum cernentibus maxime augmentauit: ⁊ ſanctorū reliquias in capſulis precioſiſſimis reuerenter collocauit: domoſq; ipſius monaſterij ac edificia decenter reformauit. Anno igitur quarto childeberti regis francorum cum iam claudius pater ſanctiſſimis annis quinquaginta ſeruis chriſti in predicto monaſterio laudabiliter prefuiſſet ſenex multum ⁊ plenus dierū totis viſceribus ad dominū ſuſpirans: immunis etiam ab omni macula incidit in quandam infirmitatē leuem. Preſciens ergo obitus ſui diem imminere: tertia die omnes monachos ſuos conuocari iuſſit ad ſe luculentiſſimū ſermonē eis faciens: dulcibus exhortationibus eos monendo vt ſuper omnia diuino amori nihil preponerent: ⁊ omnes preſentis mundi delectationes amore eternorū ſpernerent: ac de receſſu ſuo minime contriſtarent. Cunq; ſingulos de receſſu ſuo vberrime flentes cerneret miſericordie viſceribus motus quibus ſemper affluebat: accepta ab omnibus pace eos ad cellas deſtinauit: totamq; noctem ſequentem in orationibus peregit. Quarta vero die in oratorium pergens ſacramenta penitentie cum perceptione corporis chriſti totus profuſus lachrymis deuotiſſime ſuſcepit: et inde ad cellam ſuam reductus: ne corpus ſuū alibi q̄ in ipſo monaſterio ad euitandas ſeculi pompas ſepeliri p̄cepit. Quinta igitur die circa horam diei nonam reclinatus ſuper ſcannū ſuper qđ legēdo vel orādo ſedere aut ſtare conſueuerat: erectis ſurſum brachijs: cōiūctis manib⁹: oculis ad celū ſuſpicientibus ſanctiſſimā ſuam animam domino tradidit expirando. Cui⁹ corpus in predicta eccleſia ſancti eugēdi vſq; nūc omnibus aduenientibus incorruptum ⁊ integrū demonſtrat innumeris coruſcans miraculis. Feſtum aūt eius celebrat. viij. idus iunij.

¶ Catalogi ſanctorum per Reuerendiſſimū dominum Petrum de Natalibus venetum epiſcopum equilinum editi opus finit feliciter. Lugduni impreſſum per Claudium dauoſt al's de troys. Impēſis honeſti viri Stephani gueynard eiuſdē ciuitatis ciuis ⁊ bibliopola. Anno domini milleſimo quingēteſimooctauo. xv. kalendas Junij.

eccle
⁊ ſm ecc
cabat. Nunq
cularia: niſi eu
cleſiam poris quib
miſit. Prouinciam ſu
pe viſitabat: ⁊ ſicut bon
cta dominicam ſententiã de the
ferens noua ⁊ vetera ſuis dulciſſimis
tionibus bonos ⁊ fideles vt in melius profice-
re ſtuderent: ⁊ delinquentes ſiue errantes vt ſe
emendarẽt ſolicite amonuit. Erat profundiſſi-
me litterature. In aſſidua etiã cõtemplatione
eius ſpiritus etiã ſupramodũ eleuatus erat: et
tamen propter marie contemplationis ocium
nõ deſeruit marthe officium laborioſum: quin-
etiam ſeptem operibus miſericordie toto cona
mine inſiſteret. Cũ igitur iam ſeptẽ annos ec-
cleſie ſue prefuiſſet: diuino preuentus amore
magis ac magis accenſus: cũctas huius ſeculi

ſm
dom
me ⁊
ruit: a n
inter quos
bernabat n
tritici ⁊ tot
denariorum
ri conſtituit. P